

consecrationis ipsius tempore sue vite, cum vero ex voluntate dei viam universe carnis fuerit ingressus, de tribus quadrantibus tritici memoratis dies anniversarius eiusdem singulis annis in nostra ecclesia sollempniter peragetur. Insuper protestamur, quod dicta III iugera censualia III solidos solventia ex nunc ab omni censu erunt libera et soluta, in quorum trium solidorum restaurum relaxati sunt III solidi de areis qui dicuntur snidepenninge, quos obedienciaris domino abbati annis singulis persolvebat. Ne igitur cuiquam dubium oriatur super eo, presens scriptum reverendi patris nostri et domini Arnoldi abbatis nostrique conventus sigillis firmiter est munitum.

Datum anno domini MCCC secundo in die nativitatis beati Iohannis baptiste.

*Original im Staatsarchiv zu Magdeburg s. r. Kloster-Bergische Stiftung 39. Abschrift im Privilegienbuche S. 396. 397 mit der Ueberschrift: Verthemerslece III iugera in cap. D XIII. — Abschrift im Weissen Buche S. 77. 78.*

### 1302, August 15.

152.

*In einem Streite zwischen dem Kloster Hillersleben und dem Dorfe Wedringen werden auf Anordnung des Archidiaconus des Bannes Wanzleben Ruprecht von Mansfeld vier Schiedsrichter gewählt, von denen je 2 durch die streitende Partei zu wählen sind. Zu Schiedsrichtern werden von Seiten des Klosters bestimmt: Alexander, Abt in Ammensleben, und Wilhelm von Berge, Conventual des Klosters Berge (Wilhelmus de Berghe, cenobita ecclesie sancti Iohannis extra muros Magdeburgenses).*

Datum et actum anno domini MCCCII in assumptione beate virginis.

*Aus dem Copialbuch des Klosters Hillersleben. Gedruckt: Riedel Cod. dipl. Brand. I, 22, 438.*

### Magdeburg, 1302, October 14.

153.

*Agnes, Herzogin von Sachsen und Gräfin von Brehna, schenkt dem Kloster Berge die Vogtei über die wüste Dorfstätte Hohenhaven bei Parchau gegen die Verpflichtung des Klosters, den Jahrestag ihrer Verwandten zu begehen.*

Agnes dei gracia ducissa Saxonie et comitissa in Bren omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in domino Iesu Christo. Oblivioni locus subtrahitur et labili memorie hominum utili subventionem succurritur, quando res inter mortales geste litterarum testimonio conscribuntur. Inde est quod recognoscimus et tenore presentium publice protestamur, quod nos nomine nostro et filiorum nostrorum ac omnium heredum nostrorum nos et nostros filios ac filias subsequentium advocatiam desserte ville videlicet Honhaven sitam (!) apud Parchowe et quicquid habuimus iuris in eadem advocatia, quam siquidem advocatiam a venerabili domino Burchardo sancte Magdeburgensis ecclesie archi-